

tuam teque paterne et enixe requirimus, ut statim acceptis presentibus te per dispositos equos seu postas cum paucissimis comitibus et quam secretissime ad hanc alman urbem nostram conferre festines, in acdibus dil. filii nob. viri ducis Suessani dicti electi imperatoris hic oratoris si tibi videbitur descensurus ac requieturus, donec nos de tuo adventu certiores facti opportunitatem tecum communicandi tibi significari fecerimus, in quo rem facies Ces. M<sup>ti</sup> plurimum expedientem et nobis quam gratissimam. Dat. Romae apud s. Petrum sub anulo piscat. die 18. julii 1523, p. n. a. 1<sup>o</sup>.

[Poscritto autografo:] Non procrastines oro venire ad nos. Res enim<sup>1</sup> arduae sunt et quae commodum Imperatoris concernunt et eius honorem ac rei publicae christianae salutem. Adrianus papa VI.

Orig. nell'Archivio domestico, di Corte e di Stato a Vienna.

#### 91. Alessandro Gabbioneta alla marchesa Isabella di Mantova.<sup>2</sup>

Roma, 28 luglio 1523.

...Madamia mia, Roma non è più quella che la lassò, tanto è mutata la dignità et splendor di quella; in palazzo, dove solea esser il concorso del mondo, non si vede quasi persona, alle camere del Papa non è più la solita frequentia; l'è vero che la S<sup>ta</sup> Sua sta più pomposa in le camere cha Pontifice io vidi mai e forse lo fa per quello ditto de David: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.<sup>3</sup> La effigie sua è mitissima e clemente et più assigliasi ad una fantesca de quelle delli frati de San Vito cha pontificale; le parole sue son buone, ama la M<sup>ta</sup> Cesarea tanto quanto l'anima propria, e voria chel fusse victore non solum del re de Franza ma de tutto il mondo; ma per questo se possibile fusse non voria spendere un carlino... Romae 28 julii 1523.

Orig. nell'Archivio Gonzaga in Mantova.

#### 92. Concistoro del 29 luglio 1523.<sup>4</sup>

Romae die merc. 29 mensis julii 1523. S. D. N. fecit verbum de federe ineundo inter reges et principes christianos, ostendens, quanto cum periculo versetur universa respublica christiana ob continuas victorias, quas ob negligentiam principum tyrannus Turcharum assecutus est. Rogavitque enixe rev. dominos, ut Suae S<sup>ti</sup> assistere vellent eumque adjuvare consilio et ope, ut pax inter ipsos reges et principes componi possit, qua confecta expeditionem generalem contra Turchas

<sup>1</sup> Orig.: 'n. BAUMGARTEN II, 280 scioglie con 'nam.

<sup>2</sup> Cfr. sopra p. 79.

<sup>3</sup> Psalm. 44 10.

<sup>4</sup> Cfr. sopra p. 132.